

De D^{no} Manuel Roguereol

PRÆNOTIONUM
CANONICARUM,

LIBRI QUINQUE:

QUIBUS SACRI JURIS,
Atque universi Studii Ecclesiastici Principia,
& Adminicula enucleantur.

EXARABAT

JOANNES DOUJAT
ANTECESSORUM PARISIENSIIUM,
AC REGIORUM PROFESSORUM PRIMICERIUS,
eoque nomine COMES.

Editio Sexta anterioribus accuratio.



VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.

MDCCLXII.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.



PRÆFATIO AD LECTOREM.

I. **N**EC Terræ semina committunt agricolæ, nisi ejus gremio ante mollito fulcis atque subactis; nec Pictores tabulis suis vividos & mansuros colores imponunt, nisi prævio quodam pigmento prius imbutis, quo velut solo universa pictura sustineatur: nec Ars omnino ulla reperitur, cujus opera vel minimum duratura diligenti præparatione non indigeant. Sic sua judiciis, sua itineribus præparatoria sunt; aut omnibus, ut verius dicam, humanis actionibus, quarum nulla statim & sine cura perfici potest.

1. In opere quavis præparatione oportet.

II. Hoc autem, cum in reliquis rebus, tum maxime in Scientiis adipiscendis evidens est; quæ cum nobis natura non insint, non sine magna cultura, nec nisi gradatim proveniunt: ideoque *Præcognitis* quæque suis, non secus ac fundamentis nituntur. Ut enim Aristoteles recte observat, atque inductione comprobat (a), *Doctrina omnis, omnisque disciplina, quæ intelligentia & meditatione constat, ex antecedente fit cognitione.* Et sane prior cognitio ad posteriorem velut gradus, donec ad culmen (si quod modo in humanis ac præsertim in disciplinis culmen est) perveniatur.

2. Præsertim in disciplinis.

III. Cum ergo Ars nulla difficultatibus suis careat, danda est opera, ut ad superandos earum, ut itam dicam, labyrinthos, aliqua eis recti itineris certo cognoscendi, atque instituendi adjumenta, instar Ariadnæ staminis futura, comparentur. Itaque sicut in ædificiis fundamentum, sine quo nec parietes, nec conclavia stare, nec tecta possunt: ita in

a In princip. analyticor. poster.

3. Ideo Præcognita earum tradenda.

Juris iter praeceptis; anfractus haec tamen omnes

PRÆNOTATIONES explicant:

Ecce patent aditus cuncti, Tanto Duce tota

Juris patet prudentia.

Huc age qui studii sacri penetralia queris:

Prostant suo cuncta ordine.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

COncediamo licenza di poter ristampare l'Opera intitolata: *Institutiones Juris Canonici cum Notis Joannis Doujatii*, osservando gli ordini soliti in materia di Stampe, e presentando le Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data li 3. Gennaio 1761. M. V.

(Marco Foscarini Kav. Proc. Rif.
(Alvise Mocenigo 4^o Kav. Proc. Rif.
(

Registrato in Libro a Carte 115. al Num. 486.

Giacomo Zuccato Segretario.



PRÆNOTIONUM
CANONICARUM,

QUIBUS SACRI JURIS
AC TOTIUS ECCLESIASTICI STUDII
PRINCIPIA ET ADMINICULA EXPLICANTUR.

LIBER PRIMUS.



EX ordinis in Præfatione delineati
ratione, duæ hujus libri partes
erunt, ad quas poterunt, quæ
in eo tractabuntur, omnia re-
vocari. In priore agetur de *Juris*
Canonici natura; quo pertinent ejus
Etymologia, Definitio, Proprietates, Divisiones
atque ab affinibus scientiis Differentiæ. De-
inde, cum generales quatuor sint quasi Fontes,
ex quibus præcipue manant specialia Juris hu-
jus effata atque præcepta: in Posteriorc hujus-
ce libri parte primum illorum genus tractabi-
tur. Sacri nimirum Codices, seu *Scripturæ Ca-*
Prænot. Canonic. Deujat. **A** *nonica.*